Falkowski Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Coranscen. plr comparens Nlis Albertus filius olim Alberti Warpsch Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Nli Petro olim Stanislai Falkowski et eius Successoribus Quindecim Florenos Polon. debitos certi et liquidi tenere ac debere et pro Dominica Ramispalmarum proxime Ventura solvere se de Omnibus bonis cum Successoribus suis submittit et inscribit sub Vadio simili aliorum Quindecim florenorum Polon. in defectu solutionis pro temporae effixo adsolvendum succumbendo et Coram officiis praesentibus Castren. Coranscen. in primo Castrensi Termino peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus in Universum iuris remediis et defensionibus se et suos Successores ibi abscribendo et abrenunciando.

Zebrowski Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Coranscen. plr comparens Nlis Josephus Zebrowski olim Leonardi Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia sibi Nlis Bartholomeus Zebrowski frater germanus ex obligatione bonorum immobilium in bonis Zebry consisten. sibi per eum inscripta duas Sexagenas Polon. persolvit ideo ipsum quietat et de bonis ex nunc condescendit.

Sokoly intromissio.

Ministerialis Generalis Regni   una cum Nlibus Jacobo et Martino Schulowski coram officio praesentibus plr stans publice recognovit Quia feria Sexta post festum Sancti Mathei Apli in anno praesenti condescendendo ad bona Sokoly Ecclesiastica et [illegible] ibidem Nlem Thomam olim Martini Schulowski in bona certa et subditum laboriosum Petrum Szymanczuk ipsi per Nlem Joannem [illegible] Camerarium Terrae Bielscen. Nomine Nlis [illegible] Baykowska Consortis sue coram Actis praesentibus in Octuaginta Florenos Polon. inscriptos eorundem bonorum cunctas utilitates et attinentias ac obedientiam subditi ex libera admissione utriusque coniugum ac nemine alio tam in bonis quam hic circa Acta impugnante intromisit investivit et in pacificam possessionem contulit.

C. Bystrzycki Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Coranscen. plr comparens Nlis Andreas filius Nlis Stanislai Chrusciewski Nomine eius ac Parentibus suis a quo pacem cavet Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Generosus Christophorus Bystrzycki Burgrabius Castri Coranscen. de restitutione equi Colonis quiadem circa depabulationem frumentorum ablati et a Nlem Thoma [illegible] Sigismundi Schulowski [illegible] quietat et liberum facit Actae sua personali recognitione in praesentibus inscrib. mediante.